



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCCLXXVII. Bischof Dietrich incorporirt die Pfarre zu Retzow dem Domstifte, am 2. Mai 1389.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

observaretur, enormiter lederetur. Quare pro parte eorundem prepositi et capituli nobis extitit humiliter supplicatum, ut hujusmodi arbitrium denunciare iniquum ipsosque prepositum et capitulum propter hoc ad aliquam penam non teneri per discretum aliquem mandaremus. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod justum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari, testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. II idus Martii pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Originale.

CCCLXXVII. Bischof Dietrich incorporirt die Pfarre zu Retzow dem Domstifte, am 2. Mai 1389.

In nomine domini Amen. Cum ad ea, que ad Religionis augmentum et deo militantium possint concernere relevamen, dignum at congruum sit affectum omninodum inclinare; Nos igitur Thidericus, dei et apostolice sedis gratia episcopus Brandenburgensis, vestigiis predecessorum nostrorum episcoporum inherentes, dilectis nobis in Christo Hentzoni ecclesie nostre preposito, suisque successoribus confirmamus Curam animarum de ecclesia in Retzow nostre Dyocesis, que quidem ut evidenter comperimus centum et quinquaginta annis et ultra, ad usum Canonicorum et Capituli dicte nostre ecclesie ex justo vero et legitimo titulo rite et legitime pertinebat et in presentiarum pertinet, Attenta ipsorum paupertate multiplici et inopia pregrandi, Concedimus, ut diote ecclesie fructus prout expedire viderint in usum proprios convertant. Liceat quoque ipsis in eadem ecclesia de fratribus suis virum ydoneum instituire plebanum, qui curam in ipsa gerat animarum, declarantes et decernentes dictam ecclesiam cum omnibus juribus et pertinentiis suis perpetuis temporibus ad dictos prepositum, Canonicos et Capitulum ac eorum mensam et tam in spiritualibus quam temporalibus, ex justis et veris causis ac legitimo titulo rite et legitime pertinere. Ne igitur dictus prepositus, Canonici et capitulum super dicta ecclesia ac aliis premis in futurum molestentur, ad perpetuam huius rei memoriam presentes litteras nostri appensi sigilli munimine fecimus roborari presentibus honorabilibus et discretis viris domino Johanne Zuden Altarista in nova civitate Brandenb., et domino Nicolao Cassum presbitero nostre Diocesis. Actum et datum in urbe Brandenburg, anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono, sequenti die post diem Philippi et Jacobi Apostolorum beatorum.

CCCLXXVIII. Zander Freilstede verkauft einen jährlichen Zins aus dem Wusterwitzer und Moserschen See an das Domcapitel, am 25. Juli 1389.

Ich Zander Vreilstede, unde ick Sophia, des Zanders ehelike Hausfrawe, bekennen etc. dat wy met vorbedachten Mude und met guten Willen und ick Sophie met minen guten Willen und met Willen Zanders, mynes Mannes vorbenumet verkoft hebben unde verkopen den erhaltigen Hern Hentzen Proste tu Brand., und suen Nakomen Prosten unde dem Capittel tu Branden-